Fragmentarium

hii uero quibus humores sunt inmundi. a balneis se abstineant et sumant solum tipsanam et panem lotum.
in quare si egestio eorum fuerit colica. Nam si febris permanet. non comedant perdices. lac. turturi
pontice. Cum autem febris discesserit. lauentur in balneo aqua sapide. temperatum aerem habente. et calor
aque sit quasi calor lactis cum ab uberibus egreditur. In fonte diu morati sentient quod aqua fontis eos humectat
et uirtute confortat. Nichil magis aperit poros. quam aqua temperate calida. Nam membra delec-
tationem habent in ea. et natura excitatur. se per omnia diffundens membra. eo quod congaudet consimili
id est calori aque et e conuerso aque in contrariis. quoniam e contrario habet nociuam. fugit ad interiora corporis.
Unde sanguinem cutis et naturalem amittens calorem. patitur rigorem et opilationem et duritiam in cute.
Tercia in balneo morentur. donec aliquantulum cutis rubeat et tumida fieri cepit. Tunc extrahantur
a balneo priusquam tumor discedat. ne ulterius manentes deficerent. Ut uero caro augeatur
maneant in balneo donec cutis intumescere et rubicunda cepit fieri. Si autem multum
aliquis attenuari. post predictum tumorem adeo moretur in balneo. donec tumor prorsus
discedat. Et quia tempus istud est strictum. caue ne modus preter mittatur. maxime si caro fiat
augenda. Verum quia erit tamen nimius tumor. Sin magis aliquis morabitur. ad detrimentum ibit. Exeuntes
balneum. ungantur frigidis unguentis. uel oleis [illegible]. Balneentur quoque mane. priusquam accipiant
lac uel tipsanam. Moratum unius balnei ab alio. sit v. horis. Postea cenent perdices. pullos
galline. et alas gallinarum. Caueant tamen hii. si febrem habuerint. Caueant quoque ne cibus
eos grauet. Et quia lac solutionem facit. calidus lapis bis uel ter extingatur in eo. et ita detur.

Lac soluit.

confortata quoque uirtute. da cicerones cum simila coctos uel ordeo. Consumptio uero quandoque fit sine
febre et est propter manutionem substantialis humiditatis. calorque eorum est extinctus. eo quod san-
guis est paucus. restauretur calefaciendo paulatim. Similiter accipiant de yringiis.
uel porcinam pecorinamque carnem manducent. Vinum non multum uetus bibant. Sedeant
in aqua in qua cocta sit sansucus. basilicon. yreos. Fumigentur cum ligno aloe. Similiter augmen-
tatur. da tyriacam et muscatam. Precipiatur eis igitur balneum. Exeuntes. comedant
annualem agnum uiscellatum et conditum cum [illegible]. et specie. Bibant lene uinum et odoriferum.
opinius inducatur. Si tussiunt modice febricitantes. et excreant album cum sputum uiscosum.
accipiant hoc. Recipe. Liquiritie ʒ ii. passularum ʒ xv. capilli ueneris ʒ i. ficuum siccarum x. Coquantur
in x libris aque ad terciam partem. colentur. et ʒ iiii. dentur cum ʒ i. rodo zacara. Comedant
ius frumenti et fenugreci. Sumant hoc electuarium. Recipe. Seminis lini. ʒ iii. medulle bo-
uis. cum [illegible] babace ʒ ii. orobi ʒ ii. succi liquiritie ʒ iiii. Mellis. Aliud. Recipe. succi caulium.
libram i et semis. mellis libram i. Coque usque ad mellis spissitudinem. Aliud. Recipe maratri radicis.
ana. apii. ana ʒ ii. seminis malue. ʒ iii. seminis lini. ʒ iii. et semis. ficuum siccarum passularum ana ʒ v.

De substantiali consumptione corporis.

balneum

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.16, 10r – Isaac Judaeus, De diaetis universalibus; Johannes Afflacius, Liber aureus (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2szy/5288/50173)